


Andreas de Sordani

GW 1788

Confessionale tam confes-  
sori q̄ confitenti vtilissimum



**M**odus confitēdi compositus p̄  
Reuerendum Episcopum Andre  
am Hispanum sancte Romane ec  
clesie Penitenciarum

Quoniam omni confitenti necessarius  
q̄ est hanc generalem confessionem dice  
re et facere cuius tanta est virtus secū  
dum Magistruz sentētiaruz li. iiii. di. xxiij. c. v.  
q̄ innumerabilia venialia peccata delet: morta  
lia vero et criminalia quorum non recordaris  
tollit: peccata vero que fecisti ad memoriā re  
ducit. Si ideo ad vtilitatem mihi confitentium  
Ego magister Andreas hispan⁹ Romane cu  
rie Penitenciarum: olim Liuitatensis et Aia  
censis: nunc vero Magarensis vocatus Epif  
copus ordinis sancti Benedicti: requisitus per  
mihi confitentes: hanc generalem confessionez  
que quasi omnia peccata continet: ex multis sā  
ctorum patrum dictis collegi: verbis breuiori  
bus q̄ potui: quia diffusius in mea maiori con  
fessione processi. Facto signo sancte crucis an  
te ōnia dic p̄mo. Cōfiteor deo ōipotētiz b̄e ma  
rie semper virgini et omnibus sanctis ⁊ tibi pa  
tri meo spirituali quia peccaui nimis ab hora q̄  
incepti peccare vsq̄ ad presētes diē: mortaliter  
crialiter v̄cialiter cogitatiōe: cōsensu: delecta

tionem: deliberationem: consilio: locutionem: visu:  
verbo obmissione/et opere contra deum patrem  
omnipotentem per nature infirmitatem: contra  
filium dei per anime ignorantiam et cecitatem

Contra spiritum sanctum per maliciam et  
obstinationem: desperationem voluntariam  
peccandi consuetudinem. tam cupiditate et a  
more inordinato: quam timore seruli et munda-  
no. Et confiteor me peccasse contra deum  
meum tam locutione et cogitatione: quam opere et obmi-  
ssione.

## De cogitatione.

Primo peccaui cogitatione: quia carnis de-  
licias: gulas: luxurias: seculi pompas: honores  
et diuitias habere cogitaui: et multum cupiui:  
ac turpibus cogitationibus consensi: et tam im-  
pressam ymaginationem in eis habui: et dilecti-  
onem ac delectationem: quam multas meas cogita-  
tiones opere perfecissem nisi timor et verecun-  
dia mundi me retraxisset. Corde et animo ho-  
ras meas non dixi nec deum laudaui: nec de ip-  
so aut futuro seculo seu de die iudicii cogita-  
ui: imo temptationes diaboli et mundi volun-  
tarie suscepi: et eis consensi. Vindictas de-  
sideraui: et amicitias simulaui. In meis  
aduersitatibus patientiam non habui. In  
affectum cordis transiui et opere perfeci que-  
cumque prius cogitata facere potui. Qualiter

cumque cogitatione peccavi reddo me culpabilem et dico meam culpam.

## De Locutione.

Secundo pater peccavi in locutione: quia sepius superflue et inepte locutus sum. Deum meum et sanctos blasphemavi et deum de suis operibus reprehendi: Peccata mea propria defendi et excusavi. In vanum iuravi: et meis proximis detraxi et murmuraui: eorum vitam et opera sinistre iudicavi et eos diffamaui. Jurata et promissa non servavi sed sepe peioravi: et peruravi: et multos decepi verbis. Testimonium fallum dixi. Perniciose mentitus sum propinquis et familiaribus meis maledixi: et eos vituperavi et scandalizavi. Multis adularibus adulatus fui et cum verbis ac mendacijs eorum amorem procuravi et discordias seminavi. Male consului et bilinguis fui. Meipsum laudavi: et secreta revelavi. Indiscretus fui et vota honesta non implevi. Dissolutus in visu fui et in risu. Cantilenas de alijs feci: verba scurrilia: et turpia dixi: et perfidus in verbis extiti. Verba dei tacui non docui: non correxi proximos: non monui. Horas meas non debite legi: nec confessus fui nec

cōmunicauit. nec deo meo de beneficijs acceptis  
de mane die ac nocte gratias reddidi: Nec alia  
sancta officia lingue exercui sed eam ad omnia  
viciosa verba laxauit. Qualitercunq; ego  
locutione peccaui reddo me culpabilem et dico  
meam culpam.

## De septez peccatis mortalibus et Primo de superbia

Tercio pater peccaui opere et operatione mul-  
tipliciter Et primo confiteor me peccasse con-  
tra deum meum et proximum et septem pecca-  
ta mortalia cōmisisse. Superbiam enim cōmi-  
si. quia singulari excellentia alijs preeffe volui.  
Imposus et presumptuosus fui. In meis ope-  
ribus semper vanam gloriam habui. de diuicijs  
honoribus: de genere et nobilitate et corporis  
pulcritudine me iactaui ⁊ causa ipsorum alijs do-  
minari volui. inobediens prelatis extiti. Cen-  
suras ecclesie et synodorum non curauit: etypo-  
crita fui. rebellis et obstinatus in consuetudine  
peccandi: confiteri et penitere seu cōmunicare  
nolui. Parentes proximos et inferiores des-  
peri. Et meos familiares et amicos: verbis  
superbis a me effugauit. Curiosus et leuis in  
verbis meis et dissolutus in risu extiti. Sin-  
gularis esse verbis et factis decreui: propria vo-



luntatez semper adimplere volui peccata ppria  
excusavi et deffendi: cito credidi et ingratus deo  
et hminibus de beneficijs extit.

## De Avaricia.

Item peccaui in peccato cupiditatis et aua-  
ricie: quia inordinate diuitias honores peccuni-  
as et beneficia pcupiui: et amaui. Res alienas  
abstuli et retinui iniuste et dissipavi. Parcus  
mibi in necessariorum exhibitionem et proximis  
in elemosinarum largitione fui propter peccuni-  
as honores et beneficia multa falsa testimonia  
falsas litteras proditiones adulteriaproximoz  
dampna: vsuras: symonias: deceptiones: frau-  
des rapinas: furta: mendacia: causas litigiosas:  
iniustas et iniquas sentetias: officia: tyrannica  
mercancias et aduocationes causarum iniustaz  
ac procuraciones falsos testes falsas litteras p-  
uersorum et consanguineorum promotiones in  
dei ecclesia ludos fortuitos et falsa iuramenta  
dixi feci et procuravi.

## De Luxuria:

Item peccaui in peccato fornicatiōis ⁊ luxurie qz  
delectatiōe cogitatiōe gule ⁊ luxurie corpis pol-  
lutiōes in corpe habui vbi luxuriosi tractab⁹ am

pleribus ⁊ osculis et aliquādo actibus inhonestis mulieres turpiter cognoui et dilexi et si nō opere tamen mente sic adulterium incestus raptum et peccatum contra naturas facere ⁊ exercere desideravi.

### De Inuidia.

Item peccaui in peccato inuidie. Nam honorem ⁊ famam ac promotiones proximi propter inuidiam destruere et impedire procuravi. Et de eius dāpno ⁊ infortunis gauisus fui. et de eius prosperitate valde dolui: ⁊ euz depressi in quātum potui.

### De Bula

Item peccaui in peccato gulae quia horam comedēdi ⁊ bibendi sepius preueni. sine siti ⁊ fame comedēdi ⁊ bibēdi. ⁊ ebrietate me repleui. cibis ⁊ potū sūpsi et frequēter comedēdi in die et bibēdi. Superuosa cibaria et pocula ad delectationē carnis procuravi. Tabernas frequētam et in saporibus ciborum et potuū delectatus extiti.

### De Ira.

Item peccaui in peccato ire. Nam proximis et subditis sine causa iratus fui. propter iram me vindicavi. et iniurias illatas sustinere nolui. Cum ira deum meum blsphemaui homines vi

tuperavi: et nocere proximis in persona ⁊ in re-  
bus deliberaui. rancorem cordis seruaui: et ru-  
mores mentis pre ira habui. clamores feci. discor-  
dias seminaui: et veniam petentibus non pepti.

## De accidia.

Item peccaui in peccato accidie: Nam bona  
que tenebar facere non feci: nec procuraui. Mala  
autem que tenebar fugere non fugi. sed plus  
ad illa cucurri et opere compleui. Manem me-  
um laboribus non quesui. Tardus ac longus  
ad confitendum de peccatis tui. Penitentiam  
mihi datam: et vota promissa vel iurata non  
compleui. Opus dei neglexi. Remissius in dice-  
ndo officium diuinum et faciendo deo seruicia fui  
et meum officium facere ignorauit et iniurias fe-  
ci. Res meas deturpaui. In horis ac diuinis  
officijs nullam deuotionem habui. Et si ali-  
quando feci aliquod bonum illud cum tristitia  
et verecundia ac vana gloria peregi. Desiste-  
re me posse peccatis penitus desperaui et indis-  
creto seruoze deo seruiendi tantum corpus meum  
exterminaui et extenuaui: quod sibi seruirem ut te-  
nebar postmodum non potui. Ad consuetam  
vitam peruersam declinaui. Vota promissa  
non compleui: nec ieiunia ecclesie. Qualiter  
cunque peccaui in his septem peccatis mortis

libus aut in aliquo eorum siue in aliquibus cir-  
cūstantiis ipsorum peccaui . dico meam culpam  
et reddo me culpabilem deo et vobis.

## Decem precepta legis:

Quarto peccaui operatione: quia decem pre-  
cepta dei mei transgressus fui opere et volunta-  
te. Primo deum meum ex toto corde meo  
non dilexi non timui: nec adoravi nec firmam fi-  
dem et spem de ipso et in ipso habui. quin poti-  
us diuis auguribus sortilegijs et incantationibus  
heresibus et falsis doctrinis: magis q̄ deo meo  
et scripturis sacris fidem dedi et magis de eis  
confessus fui.

Secundo nomen dei mei in vanum assumpsi  
per os meum. Pro nulla re deum meum iu-  
raui et frequenter et sine causa iuramenta falsa  
pronuntiaui: et super euangelia iuraui sine ne-  
cessitate. Simplici verbo credere nolui ⁊ per  
membra humana dei periuraui. Et deum et  
sanctos eius negaui: atq; blasphemaui.

Tertio peccaui nam diem dominicam ac festi-  
uitates ecclesie cum orationibus missis et predi-  
cationibus ⁊ elemosinis non sanctificaui ⁊ illis  
diebus debitores meos repetij et solui mihi de-  
bita procuravi. familiam meam laborare feci. tem

poralibus vacavi et mundi gaudijs crapulis et  
luxuriosis actibus magis illis dieb<sup>9</sup> festiuis me  
dedi q̄ alijs diebus.

Quarto peccaui. Nam patrem et matrem meā  
corporales non honoravi: nec eis in necessitati-  
bus subueni sed eos ad iram prouocaui. Pre-  
latis spiritualib<sup>9</sup> et matricae sancte ecclesie de-  
bitas reuerentias non feci nec eorum precepta  
nec censuras curavi immo in contēptu clauium  
ecclesie cum excommunicatis scismaticis et hereti-  
cis participavi. et decimas quas ecclesie tenebar  
dare integre non dedi.

Quinto peccaui nam proximum meum licet nō  
actu tamen animo et voluntate occidere volun-  
tarie ac in persona et in rebus ledere cōcupiui.  
manus violentas in eum posui et ponere decre-  
ui.

Sexto peccaui. Nam erga mulieres cōiugatas  
ad adulterium eas prouocaui: et in diuersis cogi-  
tationibus per adulterium me coinquinaui.

Septimo peccaui. Nam res alienas iniuste de  
locis sacris et non sacris abstuli: et officiu<sup>9</sup> ad re-  
cipiendum bona pauperum procuravi: et res a-  
lienas dominis suis non reddidi. Patrimoniu<sup>9</sup>  
crucifixi non debite expendi nec per me ablatu<sup>9</sup>  
vel furatum aut inuentum vnq̄ restitui. Nec  
voluntates vltimas defunctorum et testamēta  
adimpleui.

**O**ctauo peccaui. Nam contra proximos meos  
ex malicia publice et occulte falsum testimonium  
falsas scripturas: falsos testes contra eum pro-  
curavi: et dixi: et eius vitam et mores quantum  
potui denigraui: et vituperia derisione: ac ma-  
ledictiones contra eum protuli: et scādala pro-  
curavi.

**N**ono peccaui. Nam proximi mei uxorem et  
consanguineam et sanctimoniam desideravi  
in eius pulcritudine gauisus fui et ad eam vidē-  
dam cucurri et eam habere quocumque modo de-  
liberaui.

**D**ecimo peccaui. Nam vicini agros: domos  
beneficia et bona mei proximi per dolos fraudes  
violencias et deceptiones habere concupiui: et  
contra eum causas iniustas et litigiosas moui  
verbis et factis quantum potui propter illa bo-  
na eius rebus suis iniuste priuari et priuare stu-  
di. In his omnibus dico meam culpam et red-  
do me deo culpabilem et vobis.

**Q**uinto peccavi operatione contra de-  
um cum omnibus meis membris et sensibus mei  
corporis. Nam cum meo capite deo et meis  
maioribus reuerentiam non feci. Item col-  
lum meum ad obedientiam inclinare nolui.

Item aures ad audiendum luxuriosa verba  
detractiones: cantus et instrumenta musicalia  
dedi. Item oculos meos coloribus de-

turpauī: et impudice cum eis multas mulieres  
ac vanitates mundi respexi. Item nares me  
os oūozibus prouocantibus ad vanam gloriā  
et luxuriam ordinauī. Item os meum ad lo  
quēduz mendacia: blasphemias iniurias depu  
taui. Item linguam meam ad loquenduz su  
auia mendatia ordinauī. Item guttur meū  
crapula et ebrietate repleui. Item manibus  
meis aliena rapui et turpiter cum eis corpus  
meum et alia membra mea ad generatiōem de  
putata fornicationibus maculaui. Item  
ventrem meum luxurie et ebrietatibus dedi.  
Item in lumbis meis ardorez libidinis exopta  
ui ⁊ excitauī: Item in corde meo varias cogi  
tationes et temptationes habui: quas opere  
perfecissem nisi timor mundi et hominum vere  
cundia me abstraxissent. Item genua mea  
deo meo et sanctis et maioribus ac prelatīs nō  
flexi. Item cum pedibus meis ad luxuriā  
dum: furandum et sanguinez fundendum cu  
curri. Qualitercunqz ego cum aliquo mēbro  
mei corporis deum offendi dico meam culpā  
et confiteor deo et vobis.

Sexto peccaui vltimo modo peccandi: ob  
missione. Nam cum paupere indigente  
in necessitate constituto: Septem opera mise  
ricordie non exercui. Nam cum potui  
esurienti dare panem non dedi. Et sicienti po-

tum non prebui. Hospitem peregrinum et errantem ad meuz hospiciū et ad viam rectā non reduxi. Infirmos cum necessarijs non visitaui. Mundum vestimētis non cooperui. Incarceratos iniuste non redemi. Mortuū derelictuz non sepeliui: nec sepeliri feci. Itē opera spiritualia ad que tenebar non impleui. Nam ignorantes que sunt salutis anime non docui. Destituto humano auxilio ⁊ peccatori consilium non dedi. Errantem et peccatorem non castigaui: nec correxi. Tristem et dissolutum non confortaui: et mihi irascentib⁹ et male facientibus non peperci. Iniurias ⁊ contumelias mihi illatas patiēter non sustinui. Pro saluatione animaruz amīcoruz: et inimicoruz deuz non exoraui: et mercedem laborum mihi seruiētib⁹ non prebui. Quali tercūq; ergo opera misericordie non compleui dico meas culpam et reddo me culpabile deo et vobis.

## De duodecim articulis fidei.

Septimo peccaui quia duodecim articulos fidei dei firmiter nō credidi: nec corde et ore ad eos iusticiam confessus fui imo aliquō circa ipsos et circa sacramenta altaris dubitaui et fidem veram ⁊ iustam cum bonis operibus sicut bonus christianus non habui: Nec contra iudeos infideles ⁊ he



reticos: fidem meam omnino defendi et predicari immo errantes et arguentes contra fidem libenter audiui.

## De septem sacramentis ecclesie

Octavo peccaui: quia sacramenta ecclesie ut bonus christianus preterij et neglexi. Primo quia sum baptizatus: et diabolo et pompis eius ut promissi in baptismo non renunciaui. Sum confirmatus et fidem christi ac veritatem propter timores mundi loqui et predicare erubui et neglexi. Et ordinem matrimonij non honoravi nec custodiui.

Ordines ecclesiasticos indigne recepi: et in peccato indigne eos exercui. Penitentiam pro meis peccatis et ieiunia orationes seu elemosinas mihi iniunctas non feci. Quis confessionem et corporis christi communionem facere et recipere neglexi. Qualitercumque ego in sacramentis peccaui dico meam culpaui

## De septem virtutibus theologicalibus

Primo peccaui: quia tres virtutes theologicales seruare neglexi. In me non est vera christi fides cum bonis operibus. In me non est certa spes de futuris bonis celestibus: In me non est caritas qua super omnia diligatur deus: atque ut me ipsum meumque proximum non dilexi. In me non est prudentia: quia actus meos quid quando et quomodo eos debuisses agere non feci et iuxta voluptatis desideria actus

meos inconsulte peregi: In me non est fortitudo: quia passiones interiores et exteriores viriliter pro christo non subiugavi. Turpia et verecundia agere non metui. In me non est temperantia: quia labores: ieiunia et tribulationes sustinere nolui. In me non est iusticia: quia a malo non declinaui: sed bonum quod tenebar facere neglexi: vnicuique quod suum erat iuste non dedi. Et propter meas utilitates bonorum commune et multorum saluationem neglexi. quicquid ego contra septem virtutes peccaui dico meam culpam.

## Septem dona Spiritus sancti.

Decimo peccaui: quia septem dona spiritus sancti non curavi. In me non est sapientia: ad diuina contemplanda. In me non est intellectus: ad nouissima mortis mee et penas inferni et diem iudicii considerandum. In me non est consilium ad bonum eligendum: et malum reprobandum. In me non est scientia: ad meipsum et facta mea cognoscendum. In me non est fortitudo: a temptationibus et tribulationibus ac malis cogitationibus resistendum. In me non est pietas: pauperibus et afflictis corde et opere compatiendum. In me non est timor dei: ad malum fugiendum et salutem anime querendum. Quatercunque ego in his peccaui: dico meam culpam.

## Duodecim fruct' spūs sancti.

Undecimo peccaui. quia duodecim fructus spūs sancti scienter neglexi. In me non est caritas: nec gaudium in dei seruiuo: nec pax cū proximo: nec paciencia in aduersis: nec lōganimitas in diuinis seruijs: nec bonitas vite mee: nec benignitas erga proximum: nec modestia in gestu et habitu ac operibus meis: nec mansuetudo in turbationibus: nec humilitas in openb' nec veritas in verbis et locutionibus: nec cōtinencia: nec castitas in meis affectionib'. Sed grauer peccaui contra. predicta. sicut equ' et mulus in quibus non est intellectus: de his oibus ⁊ similibus dico meam culpam.

## Octo beatitudines.

Duodecimo peccaui. quia secundum octo beatitudines euāgelicas viuere vt christi seruus et esse obmisi. Primo paupertatem voluntariam cum spirituali intentione non habui. Secūdo mitis et mansuetus in psecutionib' ⁊ iniurijs mihi illatis non extiti. Tertio peccata mea nō defleui: nec cū illa cōtritione qua habui ad hāc confessionem accessi. Quarto iuste viuere non studui: sed in peccatis assuetus fui: benefacere/ieiunare/et orare neglexi. Quinto mihi misericors et alijs non fui: ac bona ecclesiastica

B. j.

mibi commissa pauperibus non distribui.  
Sexto mundo corde quo ad deum et ad proximum per bona exempla non vixi: sed duplici animo in factis et verbis ypocrita extiti.

Septimo pacificus non fui: sed propter ambitionem beneficiorum et honorum discordias seminavi: ac scismata feci.

Octavo quia non propter christum persecutiones et maledictiones hominum sustinui: sed quando potui vindicavi. quando cumque et qualiter cumque ego infelix peccator peccaui contra octo beatitudines: et contra omnia predicta et singula: et ipso circumstantias: scienter vel ignoranter: dormiendo vel vigilando. reddo me culpabilem et dico meam culpam et peto a deo meo indulgentiam et a vobis patre. absolutionem: et penitentiam.

Septem peccata mortalia que continentur in septem litteris. Saligia:

Superbia. Avaritia. Luxuria. Ira. Gula. Invidia. et Accidia.

Item decem precepta domini patent per hos versus.

Unum crede deum: nec iures vana per ipsum.

Sabbata sanctifices: habeas in honore parentum

tes. Non sis occisor: fur: mechus testis iniquus  
Alterius nuptam: nec rem cupias alienam.  
Et de his omnibus qualitercunq; fui transgressus  
fuis dico meam culpam et confiteor deo et vobis  
et peto a deo meo veniam et indulgentiam et a  
vobis patre absolutionem et penitentiam.  
Ideo precor beatissimam virginem mariam et sanctos  
apostolos dei Petrum et Paulum et omnes  
sanctos et sanctas dei: et te patres orare pro me  
ad dominum Ihesum christum ut parcat mihi omnia  
peccata mea mortalia criminalia et venialia obli-  
ta et neglecta et per me confessa: et que libenter  
confiterer si eorum memoriam haberem et que a  
tempore quo incepti peccare usque ad presentem  
diem cogitavi: dixi: et feci: et bona opera que de-  
bebam facere obmisi. Et conferat mihi gratiam  
ut in posterum consimilia peccata non faci-  
am: et concedat mihi bonum finem vite mee: ac  
perseuerantiam in bonis operibus: et hanc ani-  
mam meam ad celestem gloriam perducatur: vos  
que patrem meum requiro ex parte dei omnipoten-  
tis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli  
et sancte Romane ecclesie et clauis auctorita-  
te: quatenus me absoluat ab omnibus meis pec-  
catis et delictis: confessis neglectis et obliis et  
a peccatis meis mortalibus commissis et obmi-  
ssis et venialibus et a quibuscunq; alijs delictis pec-  
catis et a penis alijs inferni et purgatorii quas  
pro his peccatis merui: Item si super excōicauit inter

dictus aut suspensus a iure vel ab homine: aut si fui aut essez irregularis: suspensus vel interdictus: aut si participaui ignoranter vel scienter excommunicatus: supplico humiliter quatenus dignemini me in forma ecclesie absolueret et participationi fidelium christianorum restituere.

Item quando quis facit confessionem non integrā ita quod permittat aliqua peccata scienter: tali non dimittuntur peccata propter illud unum peccatum quod scienter omisit: quia impossibile est quod deus dimittat unum peccatum sine reliquo. Ergo multo minus presbiter qui est minister dei dimittere potest sine reliquo. Et talis sic obmittens scienter unum peccatum tenetur omnia peccata prius confessa de nouo confiteri. Secus est si ignoranter vel propter aliquam specialem causam tunc non tenetur confiteri: nisi quando confessor non habuit potestatem absoluedi ab illis peccatis: vel fuit ignorans: et sine scientia sacre scripture: vel si confitens non impleuit seu facere neglexit penitentiam sibi imunctam. In his quatuor casibus tenetur iterato confiteri omnis homo.

### Sequitur oratio post confessionem.

Omnipotens sempiterna deus misericordissime qui venisti peccatores redimere peto te per dulcissimi sacramenti corporis et sanguinis tui mi-

sterium: vt mihi dones indulgentiam et remissi-  
onem peccatorum meorum predictoruz presen-  
tium et futurozum vt dignam valeas agere pe-  
nitentiam. et in bonis operibus perseuerantiam  
habeas. ac toto corde te diligere: et que tibi pla-  
cita sunt tota dilectione perficere et te puro cor-  
de meditari et post hanc vitam nunq̄ a te sepa-  
rari. Amen.

Quiso te o confitens quatenus inquolibet p̄nc-  
to et clausulis huius confessionis que multas sen-  
tentia omnium circumstantiarum peccatoruz cō-  
tinet. reducas te ad te ipsum et satage recorda-  
ri si fecisti aliquo tpe in speciali aliquod peccatū  
cōsimile: et statim illud confitere cū suis circumstā-  
tijs que sunt: quantitas qualitas sexus cōditio  
locus causa tempus intentio mora euent⁹ p̄so-  
na fama dignitas tēptatiōis et opatiōis modus  
Hec sunt seruanda: cunctis confitētibz insinu-  
anda: Hec sunt querende a penitentibus cir-  
cūstantie.

Quis quid vbi per quos cum quibus cur quo  
modo quotiens et quando etas forma locus or-  
do sapientia tempus sexus conditio causa inten-  
tio mora euentus et persona ac operis et tēpta-  
tiōis modus. Hec sūt medicamina quibus curatur  
penitēs. Confessio vera sit simplex et humilis feruens  
pura ac fidelis vera frequēs nuda discreta libēs  
et verecunda secreta et integra lacrimabilis ac  
celerata frequēs et accusans ac se punire para-

ta. Propter multos ignorantes confessores ut  
doceantur qualiter debeant in forma debita ec-  
clesie eos confitentes absolueret. Ego episcopus  
Madagarensis minor penitentiarius addidi for-  
mam absolutionis huic confessioni mee superius  
descripte. Sic: posita manu super caput confite-  
tis: dicat confessor. Misericordiam vestri. et  
Item absolutionem et remissionem. et. Quibus  
finitis dicat. Dominus noster Iesus  
christus qui habet potestatem plenariam te ab-  
soluendi ipse te absoluat. Et ego autoritate ip-  
sius et sanctorum apostolorum petri et pauli et san-  
cte matris ecclesie et auctoritate mihi commissa  
in hac parte quantum possum et debeo te absol-  
uere. Te primo absoluo a vinculo excommuni-  
cationis: minoris iuris vel hominis si quod incurristi.  
Ab soluo etiam te a participatione excommuni-  
catorum si indiges. ac eadem auctoritate te ab-  
soluo ab omnibus peccatis tuis mortalibus criminalibus  
et venialibus mihi confessis. Absoluo  
etiam te ab omnibus alijs peccatis oblitis: con-  
fessis: et non confessis: commissis: et obmissis: ac  
neglectis: quantum possum et debeo: in virtute  
passionis domini nostri Ihesu christi: et in nomi-  
ne patris et filii et spiritus sancti. Amen.  
Et ipsa passio domini nostri Ihesu christi: et me-  
rita omnium sanctorum et sanctarum et passio-  
nes sanctorum martirum: et suffragia militantis  
ecclesie: et remissiones eiusdem: ac indulgentie:



Orationes: et peregrinationes: et bona quecuq;  
fidelium christianorum quorumcumq;: et ieu  
nia: elimosine: et opera misericordie: que fecisti  
et facis ac proponis facere: et quicquid tribula  
tionis patienter sustinueris: totum tibi confero:  
insatisfactionem huius penitentie tibi per me in  
iuncte: et ad profectum et auxilium remissionis  
omnium peccatorum tuorum: et liberationis pe  
narum inferni et purgatorij quas pro eis meru  
isti: et ad acquisitionem gratie in presenti: et vite  
eterne in futuro seculo. Amen.

## Oratio deuotissima ad beatam virginem cum confessione pec catorum.

Aria virgo virginuz: que peperisti do  
minum. Triumphatorem sabuli: repara  
tozem seculi. Ego peccam nimium: a te  
posco remedium. Sis patrona tu misero: salus  
atq; defensio. Adde grauant hostes vndiq; mor  
tez q̄rentes aie. Foris pueri hoies: intus mali  
gni demones. Nam mihi multa vulnera infixā  
sunt o domina. Que tu mihi curaueris: sunt mi  
hi causa funeris. Consensi heu suadē tibus: mor  
tale crimen hostibus. Et ob hoc reus teneor: cul  
pam meaz cōfiteor. Nā quinq; sensus corporis:

effect portas criminis. Dulcra videndo cupi  
ens: et lene tangendo diligens. Audiui libens  
turpia: narraui gaudens friuola. Nares reple  
ui sepius: illicitis odoribus. Esu potuq; dolci  
um: sum delicatus nimium. Peccaui per super  
biam: et per inanem gloriam. Pollutus suz per  
iurio: contaminatus odio. Per iniquuz menda  
ciz: fefelli sepe proximus. Et de substãtia pau  
perum: sum male vsus plurimum. Ire ⁊ auaricie  
seruiui et luxurie. In corpore et anima commi  
si multa crimina. Nam corpus que non potuit  
mens perpetrare studuit. Ad turpis cogitatio  
Ad pestilens locutio. Ad culpa dāpnat actu  
um et prauitas cosensuum. Hoc tibi nunc confi  
teor: o cunctis sanctis sanctior. Tu causaz meam  
suscipe et dignuz penis eripe. Exora pro me fili  
um vt det mihi remediuz. Ex tua carne genitus  
tuus fauebit precibus. Et matris que eum pepit  
nihil negare poterit. Per eius natalicium. per  
ipsius ieiunium. Per asperas iniurias sputa fla  
gella alapas. Que sponte sua ptulit. cuz se pro  
nobis obtulit. Per vestem coctineam. ⁊ per co  
ronam spineam. Per clauos per patibulum. et  
per mortis suplicium. Per aperturam lateris.  
per riuos sacri sanguinis. Per sacram eucha  
ristiam. ⁊ per baptismi gratiam. Per sacramen  
ta fidei q̄ corde credens didici. Imploro te piissi  
sima pro impetranda venia. Et mihi christi pas  
sio culparuz sit remissio. Ac eius resurrectio ma

lorum diminutio. Ipsiusq; ascensio. virtutum  
augmentatio. Prestante hoc paraclito qui cum  
patre et cum ipso. Vivit atq; regnat vnus: per  
secula cuncta deus. Amen

Per eius quinque vulnera: qui tua suxit vbera.  
alma virgo puerpera: nostra relaxa scelera.

**Oratio**

Concede quesumus omnipotens deus fragili-  
tati nostre presidium. vt qui sancte dei genitri-  
cis virginis Marie memoriaz agimus. interces-  
sionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resur-  
gamus. Per christum dñm nostrum. Amen.

**Oratio deuotissima quam si quis  
vsu dicere quottidiano cōsueuerit  
multas obtinebit indulgencias.**

**D**omine ihesu chaste qui in hunc mundū  
ppter nos peccatores de sinu patris ad-  
uenisti. vt nos de ade peccato redimeres. quia  
scio et credo q non propter iustos / sed propter  
peccatores in terra habitare voluisti. Audi et ex-  
audi domine deus meus me peccatorem et cul-  
pabilem. indignum. negligentem et obnoxium. Ti-  
bi confiteor omnia peccata mea. omnia mala mea.  
et quicquid in hoc seculo feci. de iniquis cogita-  
tionibus meis que commisi. de omnibus venias

peto. **P**eccaui erraui tantū: tñ non te negaui:  
quia scio et credo quod pius pater es: indulge  
mibi chaste. **T**e laudo te magnifico et glorifico  
trinitas sancta: ubiq; gratias ago: in omnibus  
infirmatibus meis: quia non habeo spem nisi  
in te deuz meus. **A**d portum ecclesie tue confu-  
gio: et ad pignora sanctoruz tuorū prosternatus  
indulgentiā peto. **D**ecor et supplico tibi domi-  
ne vt concedere mihi digneris: propter magnā  
misericordiam tuam et pietatem vsq; in finem  
meum. **E**t in illa hora tremenda quando anima  
mea egressa fuerit de corpore meo. **P**resta mi-  
hi rectum sensum. rectam fidem. rectam credu-  
litate. mihi pcedere digneris rex omnipotens  
deus. **D**eus omnipotens libera me de penis  
infernū. **D**eus omnipotens libera me de igne  
inextinguibili. **D**eus omnipotens libera me de  
prothoplausto sathane. **D**eus omnipotens  
libera me de mansione impiorum. **D**eus  
omnipotens libera me de omnibus malis.

**D**omine deus omnipotens liberare animas  
meas de tenebris exterioribus quia in te confi-  
po chaste. **Q**uia opus manuum tuarum sum  
ego ne me despicias. **R**ogo beatissimam vir-  
ginem mariam. **R**ogo vigintiquatuor seniores  
**O**mnes sanctos angelos tuos deprecor. et pa-  
triarchas et prophetas tuos. **R**ogo apostolos  
et martires: pfectores: atq; vrgines: **S**imilr rogo  
oēs sctōs tuos electos inuoco in auxiliuz mihi

vt in illa hora tremenda succurrant. **D**e sancte  
Michael archanbele tibi supplico. qui animarum  
accipiendarum accepisti potestatem: vt animarum me-  
am accipere digneris. quando de corpore meo  
egressa fuerit. Et libera eas de potestate inferni  
vt per transire possit portas infernorum et vias  
tenebrarum. Et non apponat leo vel draco qui  
consuetus est animas infernorum recipere. et ad  
eterna tormenta perducere. **T**e deprecor sancte  
Petre princeps apostolorum qui. clavis regni  
celorum potestatem accepisti. vt portas paradisi  
mihi aperire digneris. **D**omine Ihesu christe  
fili sancte **M**arie preces tibi fundo. vt de anima  
mea pietatem et misericordiam accipias. quia in  
te speravi et credidi christe redemptor mundi ve-  
ni in occursum mihi. vt coronam vel veniam mi-  
hi concedere digneris. Ipse auxiliator sis trini-  
tas sancta. **E**xaudi me domine tu es deus viuus  
et verus. **T**u es pater meus sanctus. **T**u es deus meus  
usqueque. **T**u es deus meus magnus. **T**u es deus iu-  
dex iustus: **T**u es magister meus verus. **T**u es  
magister meus optimus. **T**u es magister meus bo-  
nus. **T**u es medicus meus potentissimus. **T**u  
es dilectus meus pulcherrimus. **T**u es panis  
meus viuus. **T**u es sacerdos meus in eternum.  
**T**u es dux meus ad patriam. **T**u es lux mea  
vera. **T**u es dulcedo mea sancta. **T**u es sa-  
pientia mea clara. **T**u es simplicitas mea pura.  
**T**u es vnica mea catholica. **T**u es concordia

mea pacifica. Tu es custodia mea tuta. Tu es p  
fectio mea bona. Tu es salus mea sempiterna.  
Tu es misericordia mea magna Tu es paciētia  
mea robustissima. Tu es vita mea immaculata  
Tu es redemptio mea sancta Tu es vita mea per  
petua. Te ergo deprecor et supplico. vt per te  
ambulem et ad te per veniam et in te resurgam.

Exaudi me domine . et memento mei do  
mine sicut iurasti patribus nostris. Et auer  
tas iram tuam a me famulo tuo: Angele Ba  
briel. angele Michael. angele Raphael. omnes  
angeli et archangeli oēs patriarche et pphete. oēs  
apostoli et martires oēs pfectores atq; vrgines i  
adiutorium et auxilium assistite mihi. Mathee  
Marce Luca et Johānes sancte Georgi famle  
dei intercedite p me. sancte Christophore intercede  
p me. Be<sup>o</sup> pro tua pietate custodi me et salua me  
et da mihi pacē hic et semp. Be<sup>o</sup> exaudi oratiōez  
meas et clamor meus ad te vētat: Quia tibi soli  
peccaui. et malū corā te feci: quia pccāta mea in  
numerabilia sūt. Unde veniā peto tibi domine p  
peccatis meis et negligētis. p vana gloria. p cō  
cupiscēcia carnali. detractiōe. et pollutiōe: p iur  
dia p supbia p sōnolētia p visiōib<sup>9</sup> et cogitatiōib<sup>9</sup>  
meis iiquis. p adulterio p fornicatiōe. p hoc qd  
ad opus dei tardi<sup>9</sup> vēio. Reus apparui ppter  
peccata mea. nec dicere: nec nominare possum  
miquitates meas . et malicias meas nō abscondi.  
Quia scio et credo. quia pius pater es. Ergo

non me dereliquas. sed dignare indulgere mihi  
quod male egi. Succurre mihi pietas inuisibilis.  
dulcis et amabilis antequam porte inferi me obsor-  
beant. antequam veniat pars inimici porrigere super  
me manum tuam: et lumen ostende: et nulla po-  
testas inferni occurrat super me in illa hora qua  
do anima mea egressa erit de corpore meo. **M**is-  
sime deus miserere mei. **C**lementissime pater te  
laudo te magnifico tibi gratias ago: qui fecit  
me famulum per diem iube me saluare et noctem  
**F**ac me domine ob tuam gratiam vivere. te lau-  
dare. te timere. tibi seruire. te diligere omnibus die-  
bus vite mee. **D**eus tibi commendo animam meam  
**M**iserere mei deus miserere deus glorie qui es  
vuius et verus. qui solus iustus es: in quo om-  
nia facta sunt. **E**xaudi me orantes sicut exaudi-  
sti tres pueros de camino ignis ardētis. **E**xau-  
di sicut exaudisti Susannam de falso crimine et  
liberasti eam de manu duorum falsoz testiu  
**E**xaudi orationem meam sicut exaudisti **P**etru  
in mari: et **P**aulum in vinculis. **P**arce anime mee  
pro malis meis et cunctis criminibus meis. **I**pse  
deus meus pone te ante me sicut exaltat inimic  
meus contra me arma. **T**u ipse domine ante me  
stra eum. ego dormio et cor meum vigilat. angeli tui  
domine ipsi me custodiant tam per diem quam per noc-  
tem. **O**mnipotens deus spiritum meum custodi  
eum. **P**eccavi in lege dei in verbis multa sunt  
peccata mea negligens fui de opere dei: et de ordi

ne meo: Misereatur mei omnipotens deus donat mihi veras hūilitates: verā patientias. sobrietates. et tollerantiam. bonas fides et bonam perseverantiā Illuinet me spūs sanctus Indulget mihi deus omnia peccata mea hic ⁊ in futuro seculo amen.

Domine deus da cordi meo te desiderare. desiderando querere. querendo inuenire. inueniendo amare. amādo mala redimere et redimēdo non iterū reiterare. da domine cordi meo spiritus contritionis. oculis meis fontes lacrimarum manib⁹ meis elemosinas largiri. Querere meus et de⁹ meus extingue in me desideria carnis. ⁊ accēde in me amorem tui sanctissimi nominis. Redēptor me⁹ expelle in me spiritus superbie. et cōcede mihi ppicius thesaurus hūilitatis tue. Saluator me⁹ amoue a me furore ire tue et indulge mihi benignus fereus patientie. Creator meus euelle a me omnem rancorem ⁊ largire mihi mentis dulcedinem. Da mihi clementiā me pater solidas spes congruas caritates ⁊ continuas. Rector meus auerte a me vanitates. mentis in constantias. cordis vagationem. oris scurrilitatem. oculorum elationem. ventris ingluuiem. obprobria proximorum. scelera detractorū curiositatem virginum. diuitiarum cupidinem. potentum rapinas. inanis glorie appetitū. ypochrisis malum. adulationis vermem. contemptū inopum. oppressionem debiliū. auaritie ardo-



rem. inuidie rubiginem. blasphemie mortez. Re  
seca in me factor meus temeritatem iniquam. p  
tinatiam inquietudinem. ociositatem. sompno  
lentiam. pigritiam. mentis ebrietatem. cordis ce  
citatem. sensus obstinationem. morum truculen  
ciam. boni inobedientiam. consilij repugnantiam  
lingue efrenationem. pauperum predam. impo  
tentum violentiam. innocentum calumpniam. sub  
ditorum negligentiam circa domesticos. seueri  
tatem aduersus familiares et impietatem. **De<sup>9</sup>**  
meus misericordia mea te oro per dilectum fili  
um tuum da mihi misericordie opera. pietatis  
studia. compati afflictis. succurrere miseris. sub  
uenire egenis. consolari mestos. releuare oppre  
ssos. pauperes recreare. flebiles refouere. debi  
toribus dimittere parcere in me peccantibus. o  
diētes me diligere. pro malis bona reddere. ne  
minem despiciere sed honorare. bonos imitari.  
malos cauere. virtutes amplecti. reicere vicia i  
aduersis patientiam. custodiam oris. et hostium  
circūstantie labijs meis terrena calcare celestia  
sitire. **ANITA.**

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.